Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

PARA

et iniquitatem magis placet domino quam
mactare. Exaltatio oculorum est dilata
tio cordis. Lucerna impiorum peccatum. Co
gitationes iustorum semper in abundantia
sunt. omnis autem piger semper in egest
ate est. Qui agit thesauros lingua
mendacii. vanus et excors est. et impingit
ad laqueos mortis. Rapine impiorum
detrahent eos. quia noluerunt facere
iudicium. Perversa via viri alienigene est.
qui autem mundus est rectum opus eius.
Melius est habitare in angulo domatis.
quam cum muliere litigiosa. et in do
mo communi. Anima impii desiderat
malum. non miseretur proximo suo.
Multato pestilente sapientior erit
parvulus. et si secerit sapientem. sumet
scientiam. Excogitat iustus de domo
impii. ut detrahat impios de malo.
Qui obturat aurem suam ad clamo
rem pauperis. et ipse clamabit. et non ex
audietur. Munus abscondit vir ex
tinguere iras. et donum in sinu in digna
tionem maximam. Gaudium iusto
est facere iudicium. et timor operantibus
iniquitatem. Vir qui erraverit a via
doctrine. in cetu gigantium morabitur.
Qui diligit epulas in egestate erit.
qui amat vinum et pinguia non ditabitur.
Pretio dampnatur impius. et pro
iusto iniquus. Melius est habitare in terra
deserta. quam cum muliere iraconda et in
ira multa. Thesaurus desiderabilis et oleum
in habitaculo iusti. et imprudens homo dissi
pabit illud. Qui sequitur iusticiam
et misericordiam. inveniet vitam et gloriam.
Civitatem fortium ascendit sapiens.
et destruxit robur fiducie eius. Qui
custodit os suum et lingua sua custodit
ab angustiis animam suam. Superbus et
arrogans vocatur insipiens. qui in ira
operatur superbiam. Desiderium occidit
pigrum. noluerunt enim quicquam manus eius
operari. Tota die concupiscit et desiderat.
qui autem iustus est tribuet et non cessa
bit. Hostie impiorum abhominabiles.
que offeruntur ex scelere. Testis men
dax peribit. vir obstinens loquitur in
victoriam. Vir impius procaciter obfir
mat vultum suum. qui autem rectus
est corrigit viam suam. Non est sapia
et non est prudentia. et non est consilium
contra dominum. Equus paratur ad di
em belli. dominus autem salutem tribuet.

Bonum est nomen XXII.
super aurum et argentum gratia
bona est. Divites et pauperes obviaverunt
sibi. utrosque operatus est dominus. Calli
dus vidit malum et abscondit se. in
nocens pertransiit. et afflictus est dam
no. finis modestie est timor domini.
divitie et gloria et vita. Arma et gla
dii viam perversi. custos autem anime
sue longe recedit a vobis. Pueri
est. Adolescens iuxta viam suam. etiam
cum senuerit non recedet a ea. Di
vites pauperibus imperat. et qui accipit
mutuum servus est fenerantis. Qui
seminat iniquitates metet mala.
et virga ire sue consumabitur. Qui prius
est ad misericordiam benedicetur. de panibus eius
suis dedit pauperibus. Eice derisorem et
peribit. et excedet cum eo iurgium. causeque
cessabunt et contumelie. Qui diligit
cordis munditiam. propter gratiam labiorum
suorum habebit amicum regem. Oculi domini
custodiunt scientiam. et supplantat verba
iniqui. Dicit piger. leo est foris. in
medio platearum occidendus sum. fovea
alienigena os alienum. cui iratus est
dominus. incidet in eam. Stultitia col
ligata est in corde pueri. et virga disci
pline fugabit eam. Qui calumpniatur pauperem ut augeat divitias
suas. dabit ipse ditiori. et egebit. fili
mi inclina aurem tuam audi vi
ba sapientium. adhibe cor tuum ad
doctrinam meam. quoniam pulchra erit
tibi. cum servaveris eam in ventre tuo